UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Adelberto ep[iscop]o [et] mar. Cap[itulum]. lxxxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

exreuerũt. Sicqꝫ ſanctus euangeliſta omnes pene egypti vrbes luſtrauit: ⁊ in ppl'is gentilibus verbũ dñi ſeminauit. ¶ Verũ cuꝫ multi de ciuitate alexandrie gẽtiles deorũ ſuorum emulatione ei inſidias poſuiſſent: beat⁹ marcus loco ſui anianũ oliꝫ calcificẽ epm ordinauit: tres quoqꝫ preſbyteros ſcilicet melitũ ſauinũ ⁊ cerdoniũ ⁊ .vij. diacones ⁊ alios .xij. clericos eidẽ ad eccleſie miniſterium adiunxit: ⁊ inde occulte diſcedẽs pentapolim perrexit: vbi ⁊ biennio xpm euangelizans permanſit. Et multitudinẽ ibidem gentilium cõuertit: eccleſias plurimas fabricauit: ⁊ ordinatis epis ⁊ preſbyteris per ciuitates illas poſt duos annos alexandriã rediit. Et cum multiplicatos fideles reperiſſet deo gratias egit. Pontifices aũt idolorũ eum cõprehendere conabant. ¶ Cum aũt in ſolẽnitate paſchali q̃ anno illo .xxiiij. die apri. occurrit miſſaꝫ fidelibus celebraret: ⁊ eadẽ die feſtũ ſerapis dei egyptiorũ pagani colerent: conueniens multitudo gentiliũ ad eccleſiaꝫ que erat iuxta portum vbi euangeliſta dñi ſacra myſteria pagebat: miſerunt funẽ in collo eius ⁊ ipm per rupes ⁊ ſaxa trahebant ad locũ qui dicitur buculi dicentes: ꝙ trahebãt bubalũ ad loca buculi. Carnes aũt eius in terram fluebãt ⁊ ſaxa inficiebantur ſanguine: veſpere autẽ facto miſerunt euꝫ in carcerẽ: vbi cuſtodibus appoſitis ⁊ nocte dormientibus primo angelica viſione confortatus eſt. Deinde circa noctẽ mediã ipo dño xpo ſibi cũ ingenti lumine apparente: ⁊ pacem ſibi annũciãte: ad celeſtia regna inuitatur: mane autẽ facto funẽ iterum in collo eius mittunt: ⁊ iteruꝫ huc illucqꝫ certatim pertrahunt: Qui gratias agens deo et ſpiritum ſuum dño cõmendans beatam xpo animã reddidit. Cum autẽ gentiles corpus eius vellent comburere ſubito aer turbatur: grando exoritur: tonitrua intonant: fulguraqꝫ coruſcant. Ita vt cuncti timentes corpus dimitterent. Quod xpiani rapuerunt ⁊ in loco vbi eccleſiam conſtruxerat in loco buculi tumularũt: vbi quieuit vſqꝫ ad tpus quo inde ipſum veneti venetias tranſtulerunt: vt ſupra dictum eſt: in eius tranſlatione pridie kalen. februarij. Paſſus eſt autẽ beatus euangeliſta .vij. kalen. maij. Circa annos dñi .lxiiij. videlicet octauo neronis anno. In loco aũt per quẽ tract⁹ fuit: ſi q̃s in die paſſiõis eius herbã ibi naſcẽtẽ lacerauerit ſanguinẽ viuũ emittit.

¶ De ſctõ Adelberto epo ⁊ mar. Cap. lxxxvij.

ADelbertus epus et martyr de partibus ſclauonie nobilibus parentibus natus ab archiepiſcopo parthenopolis noĩe adelberto ab infantia educatus ⁊ doctus eiuſqꝫ nomine vocatus eſt. Qui a iuuenilibus annis elemoſynis ⁊ orationibus ac ieiunijs intent⁹ liberalibus ⁊ catholice fidei diſciplinis imbutus magiſter fuit ſcholarũ imperatoris othonis. Defuncto autẽ ſancto epiſcopo adelberto: iuuenis ſub epiſcopo pragen. miles efficitur tẽporalis qui militiã ⁊ imperatoris curiam ſtrenue gubernabat. Cum aũt epus prage ciuitatis obijſſet: ⁊ populus cũ clero de eligẽdo paſtore tractaret die quodã dñico demon per os cuiuſdam obſeſſi ad eccleſiã delati clamare cepit: ſe nullũ timere niſi adelbertũ militeꝫ: qui cathedrã epiſcopalẽ erat aſcenſurus: ⁊ ipſe ab eodem cõfeſtim eijciendus. Statimqꝫ vocato adelberto oppreſſus liberatur: et ipſe in epiſcopũ ab omnibus eligitur: quod dũ otho imperator tunc exiſtens ꝓo ne audiſſet: gratiſſimũ habuit: ⁊ ipm cõtinuo cõſecrari mãdauit. Qui factus epus diuinis operibus vacabat: ⁊ predicatiõi iugiter inſiſtebat. ¶ Sed cũ populũ vitijs obſtinatũ corrigere non poſſet: relicto epiſcopatu romam acceſſit ⁊ diſpenſatione romani pontificis obtenta peregrinari ad tẽpus decreuit: omnibuſqꝫ pauperib⁹ erogatis peruenit ad montẽ caſſinũ: vbi conſilio fretus abbatis tulli qui ſcḿ regulam baſilij cum monachis ibidẽ deo ſeruiebat: acceptis ab eo epiſtolis romã rediit: ⁊ diſpenſatione papali ad abbateꝫ leonẽ acceſſit: a quo ⁊ monachus factus fuit: vbi dudum exiſtens quandã illuſtrã dñam romanoꝝ que nimio langore detẽta per annum panẽ nõ guſtauerat: oratiõe ſola ſanauit. Verũ cuꝫ ab archiepo maguntino eius metropolitano iteruꝫ ad ſuum epm peteretur: iuſſu ſummi pontificis licet ſatis renitens ad epiſcopatum reuerſus eſt: ea tamẽ cõditione: vt ſi ppl'm omnino incorrigibilẽ inueniret ad monaſteriũ ſibi redire liceret. ¶ Cũ autẽ exiſtens prage die quãdã nobilẽ dominã in adulterio deprehenſam ad ſe vt patrẽ mie cõfugientẽ in monaſterio virginum incluſiſſet: eamqꝫ inde violenter raptam parentes vltores ſceleris decollaſſent: turbatus adelbertus epiſcopatui reſignauit: ⁊ romã regreſſus monaſteriũ ſuum repetijt: vbi poſtqꝫ modico tẽpore cõmoratus fuiſſet ſaluti animarũ intendens aſſumptis ſecũ gaudentio eius germano ⁊ monacho ac quodã benedicto preſbytero ad predicanduꝫ polloniã adijt: ſed a duce baliſtano repulſus cunctas regiones illius peragrauit. Et cum iuxta villam per planitiem quandã pergeret: ſocijs alibi dimiſſis ab infidelib⁹ tentus lancea tranſfixus diriſqꝫ vulneribus confoſſus atqꝫ demũ capite ceſus martyrium conſumauit feria ſexta .vij. kalen. maij. Cuius corpus pragem tranſlatum ibidemqꝫ conditum quieſcit.

¶ De ſancto Cleto papa ⁊ mar. Cap. lxxxviij.

CLetus papa et martyr natione romanus de regione vico patricio patre Emiliano lino pontifici in epatu romanõ ſuc